

Band VII., Nr. 2535, Seite 398-399

Abt Ulrich und Konvent von Lorch überlassen der Elisabeth, Wittve des Stocker, und ihren Töchtern Hedwig und Adelheid einen Acker in Iggingen zu lebenslänglicher Nutznießung gegen einen jährlichen Zins von 4 Schilling Heller.

Ohne Ortsangabe, 1275. Oktober 11.

Ūlricus miseratione divina abbas totusque Laureacensis monasterii conventus omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in domino Jesu Christo. Acta hominum, ne ex processu temporis labem contrahant oblivionis, necesse est viva testium voce et scripture testimonio roborari. Inde est, quod constare volumus universis hanc paginam intuentibus, nos agrum nostro monasterio pertinentem in Ūggingen situm, de quo pridem se . . Stokkarius ibidem contra iustitiam intromiserat nobisque circa finem vite sue ipsum libere restituit possidendum, ex petitione domini Diemari militis de Ūggingen contulisse Elisabeth relicte prefati . . Stokkarii, Hadewigi quoque et Adilhaidi filiabus eiusdem quoad vitam ipsarum tantum possidendum sub hoc pacto, ut ipse singulis annis in festo beati Martini quatuor solidos Hallensium nobis censualiter exsolvant. Quod si forte in festo memorato censum eundem solvere neglexerint, ager idem sine qualibet earum vel heredum suorum contradictione nostro cedet monasterio libere possidendus. Post mortem vero ipsarum nullus heredum suorum in agro eodem quidquam iuris credat aliquatenus se habere, sed nostro redibit monasterio sine cuiusquam infestatione libere et quiete de cetero possidendus. Horum testes sunt: Cŭnradus de Bŏmikirche, Eberwinus Vaner filius Reiboldi, Heinricus Cingge, Waltherus Bolan, Durringo Cingge, Alwicus super Via, Waltherus Gunbolt, Johannes filius Erarii, Fridericus filius domini Cŭnradi de Bŏmikirche, Cŭnradus Mekkilinger cives Gamundienses, Sifridus de Huchelingen, Diemarus filius domini Diemari militis, Arnoldus de Strazdorf et alii quam plures.

 In horum evidens testimonium presentem litteram conscribi et nostro ac civitatis Gamundiensis sigillis fecimus communiri anno domini MCCLXXV., proxima feria sexta ante festum beati Galli.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Abhängend das Siegel des Abts von Lorch, vgl. die Siegelbeschreibung zu WUB, Bd. VI, S. 174.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 500 U 857

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Böhmenkirch Wohnplatz (591)
 Böhmenkirch, GP
 Heuchlingen Wohnplatz (4055)
 Heuchlingen, Gerstetten, HDH
 Iggingen Wohnplatz (4581)
 Iggingen, AA
 Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Straßdorf Wohnplatz (4883)
 Straßdorf, Schwäbisch Gmünd, AA